



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

8 Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Prov. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

Time tales triumphos, quibuscum deberes esse captivus, & elige potius habere perfectam sanitatem, quam remedia pretiosa; habere spiritum patientem & modestum, quam excellentes regulas contra impatientiam.

Intellige, quod ipsa prudentia, quae personis facile excandescentibus & biliosis tribuit multas pulchras instructiones pro moderando eorum ardore, si esset in illorum potestate suam reformare naturam, nullum aliud ipsis daret consilium, quam hoc unicum verbum.

Formate alium.

REGULA OCTAVA.

Spiritum ad irascendum facilem

Quis poterit sustinere? Prov. 18.

PARAPHRASIS.

Quis potest vivere cum homine, qui continuo irascitur, & sine data causa, qui subjectus est frequentibus accessibus unius cholera immoderata? Sed quomodo potest se ipsum in tam pudendo statu sufferre?

Quod pejus est, hoc ipsum malum, sicut

F alia



Handwritten notes in red ink on the book's spine, including the word 'OCTAVA' and some numbers.

alia mala inferni non habet remedia
 do quo non potest sanari antequam
 cesset vivere, vel redeat ad principium
 sua vita, pro mutando suo tempore
 mento & accipiendo alio corpore.

REFLEXIO.

INter choleras illa est magis im-
 portabilis, & homine aliqua qualitate
 prædito indigna, quæ à se ipsa accen-
 ditur, & quidem sicut quædam tempestiva
 nubes, ex qua inopinatè procedunt
 fulgura & horribiles boatus, quæ
 eò nemo & nullus hominum ignem
 miserit.

Nemo apud tales personas potest
 securus, vel in pace; Nec quidem ce-
 tum ipsæmet pacificè degunt. Quæ
 licatus cuiusdam infirmi Principis
 portet subtiliter & sollicitè progredi
 cum timore ac circumspectione in-
 re, ut non expergefiat.

Mirabile est fatum taliter confu-
 torum hominum; Secundum opinio-
 nem Philosophi nihil est in mundo
 quod non videtur ipsis circum-

spinis, & non putent se offendi ab omnibus qui ipsos tangunt aut accedunt.

Et in omnibus honestis civitatibus, in beneficiis & gratiis inveniunt aliquid quod ipsos offendat. Hoc idem quod loqueris, aut quod ipsis facis ad eorum complacentiam, de eo conqueruntur, & credunt se esse offensos.

Tua verba & tuæ actiones etiam magis respectuosæ sunt spicula quæ eorum bilem promovent; Vides enim eos inopinatè extra se proVectos, in horribiles furores, quia illorum genius audivit aliqua verba, vel vidit in oculis quædam æquivoçæ aut aspectus inversos, quos non intellexerat.

Verum est quod unusquisque habeat suas debilitates & miseras diversimodè distributas per ipsam corruptam naturam, infelix ille homo, cui hæc obvenerunt. Time & plora si eas accepisti.

Scio benè quod tu has choieras voces accidentia inevitabilia, vel errores necessarios, qui excusationem & compassionem merentur. Ex quo oritur magna quaestio, ut veniamus ad ipsum punctum.



Handwritten notes in red ink on the book's spine, including the word 'consilia' and other illegible characters.

ctum. Nemo conqueritur, quod in infirmitati sis subiectus tanquam iniuriam humanæ naturæ, sed quilibet conqueritur, quod cum hominibus vivere præendas. Magnum est infortunium hanc pestem in cordis intrinseco seculo ferre, majus crimen illud ferre ad quam urbem, & comparere cum ipsa humanis societatibus.

Et quod adhuc est inexcusabile, quod eam circumferas ad ipsa tribulamenta, & quod velis exercere aliquod officium, in quo eris obligatus convenire & tractare cum omnis sortis hominibus.

Quare mundus scandalizatus quod die in tua persona cogitur agnosceret le opprobrium humanitatis, & contempnari stante tua cholera omnes iniquitates & stultitias tuæ infirmitatis brutalis & ridiculæ.

Vel sanare, vel te abscondi. Hinc quidam ex senioribus benè dixit, quod intra & cryptæ sint habitationes præparatæ per ipsum Creatorem pro peccatis subiectis impetuosarum & eccensarum cholerarum.

Disce id quod natura te docere deberet, & id quod omnes honesti homines concipiunt, nempe omnium afflictionum nihil crudelius, & minus supportabile esse, quam non posse sufferri ab aliis. *Spiritus ad irascendum facilem, quis poterit sustinere?*

REGULA NONA.

Noli querere à Rege Cathedram honoris. Eccl. 7.

PARAPHRASIS.

In tuo corde nullum des ambitioni locum; non relinquant ut hic ventus te urgeat, & te faciat cum pudore currere post fumos & vanitates, nec etiam adspirare ad officia, quamvis in veritate essent honorabilia.

Dum gloria huius mundi se tibi presentat, & eam ipsa Providentia tibi mittit, acceptes illam, sed si tibi dicitur, ut ei obviam eas, vel illam per sollicitationes aut dona prevenias, excusa te, & da hoc humile & generosum responsum, quod minima officia oblata